



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

36 Innocentius Papa quàm aegrè tulerit mortem S. Io. Chrysostomi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

rum mysteriorum Christi Dei nostri, Episcopum etiam omnem, aut clericum ordinis sanctæ Dei Ecclesiæ qui administrare, aut exhibere ea aulus fuerit, ab ea hora qua præsentem vinculi mei legeritis litteras dignitate sua excidisse decerno. Baro. in lib. *Annal. Eccles. eod. tom. 5. Anna 407. pag. 258. circa fi. & pag. 259 in princ.*

36 Archadius verò ad Innocentium ita respondit, † Norunt omnes homines mentis compotes commissa per ignorantiam, nec divinitus, nec per leges puniri, neque adeo quemquam alterius nomine supplicium luere. Omnino, ò Pontifex Dei, ne quæquam eorum, quæ in legatos audacter perpetrata sunt, sciente me factum est, idque ex eo perspicere potest, quòd eos, à quibus illa orta sunt, severe ultus sum, neque quòd magnus ille Ioannes depositus sit, ulla in me culpa ejus rei inhæret, sed infelicibus Episcopis: ubi autem erit pœnitentiæ bonum, nisi ipsi, quos pœniteat, venia tribuatur? Igitur, si nos quidem ex pœnitentibus non essemus, meritò aditus ad veniam clauderetur; & si accusavimus, & condemnavimus nos ipsos, ab his, quæ malè egimus, ne bono quidem pœnitentiæ, quòd quidem venia est, excidamus. Quòd quidem propterea scripsi, ut mansuetudinem tuam certam redderem, nos, nihil eorum cognitum habuisse, quæ nostris Antistitibus, & clericis acciderunt, cujus rei testem benignam illum Deum imploramus; Nimirum purus, & innocens sum, quòd ad ipsorum condemnationem attinet, quippe cum eorum communionem sum usus, causæ nihil erat, quamobrem eos affligeremus, Quòd autem attinet ad Eudoxiam, scito me illi parum moderatè pro ratione delicti mercedem retulisse: Quo

lance factum est, ut ex eo mœstora, & angustia, difficili gravissimaque correpta ægitudine decumbat, † igitur, quòd superest, enixè te obsecro, ut nos à segregatione liberes, nec multipliciter punias, non enim ipse Domitianus idem ob delictum his hominem percutit, cum Innocentius alia epistola, inquit, studium, diligentiamque vestram Dei præscripto, & voluntati consentaneam, quam propter ipsius nomen declarastis, accepimus, & probavimus: Quapropter sacris à vinculis soluti ad signa dominica confirmatis animis accidite. Baron. *eod. tom. 5. fol. 259.*

Non longè post Eudoxiæ patratorem in S. Ioann. Chrylostomi scelera ultio dilata fuit, † quoniam non ultra tres menses ab obitu S. Ioannis supervixisse traditur. Genus autem ejus mortis ita contigisse describitur, Cùm pregnans esset, iamque partui vicina foret, fœtus in utero extinctus est, ac, cum eum edere vellet, nequivit, totosque dies quatuor mortuus fœtus in utero retentus computruit, atque uteri quoque abscissum effecit, cumque, neque exiret fœtus, & dolorum finis non esset, quidam ei litteras magicas superposuit: quare, & statim ejecit mortuum fœtum, & simul animam miserrime efflavit. Baron. *eod. tom. 5. Ann. 404. pag. 229.*

39 Nec Arcadius † Imperator, quamvis iunior esset ætatis, trigésimum primum tantum annum agens, ut per Baron. *eod. to. 5. Anna 408. in princ.* diu superstes fuit, cum vix Chrylostomo quadriennium supervixerit, ut ulciscente Deo palàm factum sit, quanto periculo Principes eos insequantur, de quibus illa tam terribilis præcellerit comminatio Christi, Quia tangit vos, tangit pupillam oculi mei, & qui scandalizaverit